Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

omnia secula seculorũ; amen. FINIT VNDI SVTRA.

Cum esset ihc annorũ duodecĩ. Iste numerus annorũ xpi significat sacra mysteria. nã quatuor tria faciunt xii. Sic p quatuor euangelia cognoscimus scam trinitatẽ. id est. patrẽ & filiũ & spm scm. Item ter quatuor faciunt eundẽ numerũ. Hoc significat quod fides scae trinitatis p quatuor plagas mundi pdicanda est. & ex omni parte uenient ad fidẽ xpi. sicẽ propheta ait. Ab oriente & occidente. ab aquilone & meridie laudate nom dni. Cũ autẽ esset ihc annorũ duodecĩ; hoc significat quod p duodecĩ aplos suos totus mundus esset conuertendus ad fidẽ. Ascendentib illis ierosolimã secundũ consuetudinẽ diei festi. Illi soli ascendunt in ierosolimã. id est. in uisionẽ superne pacis. qui hic uiuunt secm consuetudinẽ diei festi. Erat autẽ talis consuetudo diei festi. ut septẽ diebus debuissent manere circa templũ. & lacrificari. & laudes cantare dõ. Sic & illi soli digni sunt in celesti pace. eterna beatitudine laudare dm. qui septẽ donis sps sci uitã suã dignã faciunt. Sunt autẽ hec que dicuntur specialiter dona sps sci. Primũ donũ est sps sci sapientia. qua dm cognoscimus & credimus creatorẽ nrm; Quo enim maior esse potest sapientia quã ut uerũ dm intellegamus. & in eũ credamus qui fecit nos. sicẽ ipse dns ait. Hec est autẽ uita eterna. ut cognoscant te solũ uerũ dm. & quẽ misisti ihm xpm. Secundũ donũ est intellectus. p quẽ scam scripturã intellegimus. ubi cognoscere poterimus uel quid nos debeamus facere uel quid uitare. & hoc ipsũ alios edocere quomodo se in bonis exercean & in malis abstinean. Tertiũ donũ est consiliũ p quod confessionẽ peccatorũ nrorũ facimus. & p consiliũ frũm nrorum & eorũ quibus confitemur. uitã nrã emendamus. Nã scriptũ est. Omã fac cũ consilio. & pfectũ non penitebit. Illud ipsũ est qd in alio loco dictũ. ubi nonẽ